Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



manere · nisi bibam illud · fiat
voluntas tua · Et venit iterum:
et invenit eos dormientes · E
rant enim oculi eorum gravati · Et
relictis illis iterum abiit: et ora
vit tertio eundem sermonem · Tunc
venit ad discipulos suos: et di
cit illis · Dormite iam: et requiescite
Ecce appropinquavit hora: et filius
hominis tradetur in manus
peccatorum · Surgite eamus · Ecce
appropinquavit qui me tradet · Ad
huc ipso loquente: ecce iudas
unus de duodecim venit · et
cum eo turba multa · cum gladiis
et fustibus · missi a principi
bus sacerdotum et senioribus
populi · Qui autem tradidit eum: de
dit eis signum dicens · Quemcumque
osculatus fuero: ipse est tene
te eum · Et protinus accedens ad
jesum dixit · Ave rabbi · Et osculatus
est eum · Dixitque illi jesus
Amice: ad quod venisti · Tunc
accesserunt et manus injecerunt
in jesum: et tenuerunt eum · Et
ecce unus ex his qui erant
cum jesu · extendens manum
extraxit gladium suum: et pcu
tiens servum principis sacerdotum
amputavit auriculam illius
Tunc ait illi jesus · Converte gla
dium tuum in locum suum · Omnis
enim qui acceperit gladium:
gladio peribunt · An putas
quia non possum rogare patrem meum
et exhibebit mihi modo
plus quam duodecim legiones an
gelorum · Quomodo ergo implebuntur
scripture · Quia sic oportet fie
ri · In illa hora: dixit jesus tur
bis · Tanquam ad latronem existis
cum gladiis et fustibus: cotidie
bam apud vos
docens in templo: et non
me tenuistis · Hoc autem totum
factum est: ut adimplerentur
scripture prophetarum · Tunc omnis
discipuli eius relicto eo fugi
erunt · At illi tenentes jesum
duxerunt ad caiphan principem
sacerdotum: ubi scribe et seniores
convenerunt · Petrus autem
sequebatur eum a longe · usque in
atrium principis sacerdotum: et
ingressus introsedebat cum ministris · ut videret finem · Prin
cipes autem sacerdotum et omne
concilium querebant falsum testi
monium contra jesum: ut eum
morti traderent: et non invenie
rent · cum multi falsi testes ac
cessissent · Novissime autem
venerunt duo falsi testes: et
dixerunt · Hic dixit · Possum
destruere templum dei: et post
triduum reedificare illud · Et
surgens princeps sacerdotum:
ait illi · Nihil respondes ad ea:
que isti adversum te testificantur ·